

EPISTOLA Diue Marie Magdalene ad christū
in infirmitate Lazari fratris

Quam mea vita legis infausse nūcia sortis
 Est raptim tremula charta notata manu
 Querere forte velis: fixis paulisper ocellis
 Quuz habeat trūcum littera missa caput
 Accipe plura breui. nec te stupor occupet vllus
 Mentio si capiti nulla salutis inest
 Quod mihi nō licuit. dare te decuisse putavi
 Sole sub est rapido quo sine nulla salus.
 Merata scribentem (si mens tam cęca fuisset)
 Omnia calenti prodere velle. leuem.
 Nam tua lachrymulis vestigia sepe rigantem.
 Non arbitrabar posse latere manum
 Quid mihi nūc animi. quid fratri. quidue sorori.
 Signa docent spacio non bene tracta suo
 Nam dolor immodicus memori sub mente repositus
 Flexit ab intento tramite sepe stilum
 Tantus crede mihi teneros dolor occupat artus
 Sepius a digitis reperit ille meis
 Flamme qui quondam calamus tremefactus aquoso.
 Ex omni didicit parte mouere caput
 Que nō debuerat (longo fortassis ab vsu)
 Iam licet epulso cespite carpsit iter.
 Sūmiserē comam suspīria anhela tenellam
 Ambigue parti pectore tracta cauo
 Forte videbatur fluidis madefactus ocellis.
 Amne paludoso rursus habere pedem.
 Consona si fidei videar minus esse locuta
 Testis adest lachrymis littera feda meis
 Ecce notis pigeat si nō conferre lituras.
 Vix in eis numerus. qui superabit. erit.
 Nocte dieq; vigil gemitu quo verfer anhelo.
 Signa satis possent. ore tacente. loqui.
 Nil opus est igitur digitos lassare reduncos
 Pondera quum vocis. queq; litura ferat
 Leuia diffusis circum precordia flammis
 Ne tamen obductus seuiat ignis edax
 Solaq; ne pariar. tecum cōmunico penam
 Vtq; fiet leuius q̄uido tristis onus
 Perdit em̄ magnas diuisa potentia vires
 Feruida quum fuerit sparsa tepescit aqua
 Me fortuna videt vultu malefida sinistro

Et retrahit placidam quã dedit ante manum
Sidera queq; vigent tristes spondencia morbos
Inq; meum vulnus stelliger axis agit
Bellicus horrifonis maior crudescit in armis ;
Et furit in tardo falcifer orbelenex
Ecce mihi quondam lachesis quos texuit annos
Nititur aduersans rumpere parca soror
Lethifera exiguo pecori quid spicula tendis?
Fac tua thespiadum tela cruore micent
Quid iuuat insidias viridi posuisse iuente
Duraq; pre valida saxa rotasse manu
Candida parce quibus serpit lanugo per ora
Et cadat annoso cum seniore nurus
Vnguibus obstrinos laceret pallantias artus
Et cubet in gelido sola relicta toro
Grandiaturrite regat alter menia troie
Cylseis priamũ defleat orba suum
Intempestiui secedat staminis hora.
Et fugiat nostros mors procul acta lares
Tela retardetur paulisper rosida noxq;
Furetur nitido fila retorta die
Sollicitasse iouem mage quã decuisset. in ore
Voluere quid parcas docta thalia studes
Ne pigeat reuocare gradum precor. vnde parũper
Calle pererrato flectere visa pedem es
Ecce tibi lachrymis dominoq; deoq; profusis
Quilibet indignas offero christe preces
Ad tua fraternos miserans vestigia morbos
Pectoris internas mesta recludo fores
Nulla cytheinis fratri quã spes sit in herbis
Quod spectat superest. preter obire. nihil
Gramina sufficiunt nihil anticyrea salutis
Nilq; machaonia potio mixta manu
Pectora nam cereri stomacho suadente repugnant
Ossa q; vix tenui pelle sepulta iacent
Lingua corymbiferi. multum calefacta lyei
Flagitat inuitis pocula sepe labris
Ebria pluma mero q; q; releuare calorem
Nititur aligeri corpore vulsa gregis
Rauca tamen (dictu si fas) precordia iacchum
Et prius infusas ei aculantur aquas
Ad caput ipsa locor flauis discincta capillis
Martha fere gelidos suspirat ante pedes

Vireq; dissect
Miramur e
Oscula purpu
Sunt velut e
Senus artonit
Barbaricos
Frigore crura
Orbe retrin
Al quociens d
Que cedo ia
Quo trahis vq
Dax salutis
Telorum & frae
Tedomus o
Teputo presen
Aurea terrifi
Velicet expall
Peruigileme
Vndiq; coniect
Pallantur pu
Et quã mēbra e
Mēta nouari
Ne miseram qu
Parte caput r
Memoris alrr
Lucem puni
Proinus ethe
Certior vt e
Fumida sepe e
Parte mihi
Tote feneit el
Dedituunt
Idetorum re
Ante pedes
Lamina licce
Comping
Plura canen
Parca sati
Littera prin
Iam rati
Tu largire
Teliq;ui

Vtraq; dissecti speculantes lumina vultus
 Miramur tacitas mortis in ora notas
 Oscula purpureo quondam suffusa colore
 Sunt velut educto pallida cera fauo
 Sepius attonitos tenuit que lingua disertos
 Barbaricos blefo cudit in ore sonos
 Frigore crura rigent. nares tenuantur aquose
 Orbe restringuntur lumina mesta suo
 Ah quotiens dixi marthe. dilecta sorori
 Que cedo iam christi causa moratur iter
 Quo trahis vsq; moram: lachrymis inflectere nostris
 Daq; salutiferam (nam potes) vltro manum
 Te soror & frater te fletibus ipsa profusis
 Te domus omnis auens. nocte dieq; manet
 Te puto presentem quotiens canis ostia seruans
 Aurea terrificos fundit ad astra sonos
 Melicet expassis tenuis sopor occupet alis
 Peruigil emoto vecte recludo fores
 Vndiq; coniectis vbi non spectaris ocellis
 Pulsantur pugnibus pectora nuda meis
 Et quā mēbra toro rursus iam lassā reclino
 Mesta nouaturus lumina somnus abest
 Me miseram quotiens positus sine lege lacertis
 Parte caput recubat qua iacere pedes
 Memnonis alma parens vbi summa cacumina lustrans
 Lucem puniceis prouocat acta rotis
 Protinus ethereas iterum leuo corpus ad auras
 Certior vt fiam quid velit eger opis
 Fumida sepe domus laquearia scando vt ab omni
 Parte mihi pateat qua veniatur iter
 Triste fenestellis caput effero sepe solutis
 Destituunt oculos sed iuga celsa meos
 Inde torum repetens vbi summa pericula specto
 Ante pedem lecti labor vtroq; genu
 Lumina sicco manu gelido suffusa liquore
 Compingens tacitis tristia verba meis
 Plura canenda forent sed lassat epistola corpus
 Parca satis spatij vixq; papyrus habet
 Littera principio qua missa salute carebat
 Iam ratione pari finis inesse nequit
 Tu largire velim quod abest cum fine titellum
 Te siquidem solum finis & alpha decent.